



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 25. Duo Cardinales a Benedicto XIII. creati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVII. ginæ preces huic Patri titulum Episco-
A. C. 1725. palem concedit, ea tamen lege, ut sua
 studia in præfata Facultate prosequere-
 tur, atque in pœnam suæ quondam
 interpositæ, revocatæ tamen appella-
 tionis declararet, omnes honorum gra-
 dus, quos deinceps Appellantes in hac
 Facultate recepturi essent, omnino
 nullos irritosque fore.

§. XXV.

*Duo Cardinales a Benedicto XIII.
 creati.*

Vix Benedictus XIII. in D. Petri solio
 collocatus erat, cum Nicolaum
Cosciam, Neopolitanum, quem pin-
 guibus Beneficiis, dignitatibus & Tra-
 janopolitano Archiepiscopatu jamjam
 auxerat, etiam Romana Purpura de-
 corare decerneret: Verebatur tamen,
 ne tam præcipiti Virum, obscuro ge-
 nere ortum ad supremas honores pro-
 movendi ardore Purpuratos ad invi-
 diam provocaret, & sibimet molestiam
 accerferet: Nec inanis erat metus;
 quippe Cardinalium non pauci, com-
 perto Pontificis proposito, haud dissili-
 mulanter obstatere, & ante Consisto-
 rium, in quo hujus Præsulis nomina-
 tio fieret, Papam adiere, exponentes,
 ad tantam dignitatem Viros nonnisi de-
 Eccle-

Ecclesia optime meritos esse vocandos, Sæc. XVIII.
horum non paucos esse, qui per pluri- A.C. 1725.
mos annos non sine maximis impensis
insignia Sacræ Sedi obsequia præstitis-
sent, hunc vero præter generis igno-
bilitatem meritis pene vacuum esse:
His tamen reposuit Pontifex, ea, quæ
de natalium obscuritate vulgarentur,
a malevolis esse conficta, sibi magis
cognitam esse illustrissimam hujus Viri
prosapiam, & si is hucusque de Ec-
clesia bene merendi occasione caruisset,
ipsam Cardinalitiam dignitatem viam
pandere, qua deinceps Ecclesiæ & sa-
cræ Sedi præclara obsequia præstare
posset: Nihilominus tam vehemens
erat Cardinalium oppositio, ut Consi-
storum bina vice in opportunius tem-
pus differendum esset. Tenax tamen
propositi Benedictus XIII. ad diem un-
decimam Junii privatum Cardinalium
Senatum indixit, in quo denuo, sed
incassum, Cosciæ electioni Purpurato-
rum nonnulli obstiterunt, atque inter
eos præcipue Fabronius palam ac ve-
hementius adversatus est: Nec tamen a
sententia dimoveri, Pontifex poterat,
eoquod suggestoribus ipso Coscia, ejus-
que Amicis, proprium suum honorem,
atque auctoritatem in discrimen adduci
existimaret, si aliorum consiliis contra
firmum suæ voluntatis propositum ac-
quie-

Sæc. XVIII. quiesceret. Igitur præstituta die Co.
A. C. 1725. sciam esse Cardinalem enuntiat: mox
autem varii Cardinales de sellis exur-
gunt, & ex aula protinus abscedunt, aliis
qui remanferant, palam reclamantibus,
aliis vero Pontifici applaudentibus, qui-
busdam denique omnino tacentibus:
Præ ceteris vero Josephus Pereira Car-
dinalis præter omnium exspectationem
Consciæ vindicem egit, atque in ejus
favorem perorans, quicquid alii con-
tra illum proponebant, non minus ner-
vose quam facunde diluit; sperabat
enim, se hoc obsequio non modo Co-
isciæ, sed ipsius etiam Pontificis gra-
tiam sibi adeo conciliaturum, ut Aulæ
Lusitanæ, cuius patrocinium sibi de-
mandatum habebat, negotia eo utilius
apud Romanam Curiam agere valeret.
Tantum valuit hujus Cardinalis elo-
quens vindicatio, ut Cardinalium non
pauci a suo contradicendi proposito de-
fisterent: Eapropter Pontifexrupto si-
lentio præsentes his verbis allo-
quebatur: „Ex quo nullis meis meri-
tis ex arcano atque inscrutabili Dei
„consilio ad Apostolicam Sedem vocati
„suimus, semper eo intenti eramus,
„ut nos illis, a quibus olim beneficia
recepimus, gratos exhibeamus. Eo
„fine nuper Altierum Nepotem Cle-
„mentis X. a quo Purpuram recepimus.
„Car-

,Cardinalium Collegio adscripsimus, sæc. XVIII.
,eadem quoque dignitate auximus Pa- A.C. 1725.
,trem Pipiam Ordinis Dominicanı,
,quem professi sumus Magistrum Gene-
,ralem; nunc vero Cosciam eadem gra-
,tia honorare decrevimus, quia fide-
,lis & constans mearum visitationem,
,& laborum, socius erat, & mecum
,pondus diei & æstus tolerabat, „ His
dictis Pontifex collectis Cardinalium
suffragiis Cosciam Purpura decoravit,
eique sequenti die ipsus rubrum Bire-
tum imposuit adjecto titulo S. Mariæ
in Dominica. Eadem die undecima
Junii Nicolaum de Judice pariter Nea-
politanum Protonotarium Apostolicum,
& sacri Palatii Præfectum creavit Car-
dinalem Diaconum tit. S. Mariæ ad
Martyres.

§. XXVI.

Francisci Aquavivæ Cardinalis obitus.

Hunc annum quatuor Purpurati vitæ Vit. Franc.
suæ ultimum habuere; hos inter *Aqua* t. 1.
primus erat Franciscus Aquaviva pa- pag. 326.
tria Neapolitanus, qui anno Christi Guarn. Vit.
millesimo sexcentesimo sexagesimo Pontif. t. 2.
quinto die decima tertia Januarii na- pag. 71.
tus, Parentes habuit Josiam Atriæ
Ducem, & Franciscam Caracciolam
Tor-